

turali quadam virtute immediate operetur
in animâ; quâm cum cogitatione per ele-
mentum instrumentaliter ordinariè exci-
tata? N. in adultis enim concurrit po-
tissimum cum cogitationibus excitatis
per sacramentum. In infantibus au-
tem, ubi cogitationes actuales non
sunt, præter cogitationes & affectus
eorum qui pro illis petunt ac desi-
derant baptismum, concurrit qui-
dem cum substantiâ elementi; non ta-
men ita eum concurrere ostendi
potest, ut elementum deinceps im-
mediate operetur in ipsâ animâ,
cùm ipsum spiritum immediate o-
perari, modo infantibus competen-
te, analogiæ fidei convenientius,
Deo dignius, nec infantibus in effe-
ctu inutilius aut minus sit.

4. *An necessaria in iis sit intentio Ministri?*
N. ut nec circumstantium, quasi il-
lorum incuria aut malitia innocentiae
baptizandi obesse possit: valente in-

te-